

- Mart.** In Beneventanum palatium. Gisolphus dux (Beneventanus) donat Rimecauso abbati monasterii S. Stephani fundati 'in Strada' servos duos cum uxoribus, filiis ac filiabus, 'pro homicidio quod perpetraverunt, qui fuerunt de actu Canusino, quem gastaldus tenere videtur'. Reg. S. Soph. II^a, 20; Ughelli X, 455; Troya 601. **180**
- Apr. 18.** (Spoleti). Insarius 'ex iussione domni Ratchisii regis directus in Spoletum pro singulis causis' constituit circumeundo per singulas curtes fines 'gualdi publici qui vocatur ad S. Iacinthum, qui tam per regale ipsius domni Ratchisi regis praeceptum quam per Luponis gloriosi ducis monasterio S. Mariae (Farfensi) concessum fuerat, una cum Andreate notario misso' Luponis ducis 'et Immone gastaldio civitatis Reatine atque Ansualdo et Alpareno sculdhore, Pandone maripassu' aliisque hominibus, praesente quoque Fulcoaldo abbate monast. Farf. 'Anno d. Ratchisii regis . . III. . . . ind. XV'. Reg. Farf. 35; Galletti, Gabio p. 77; Troya 602. **181**
- Mai. 2—6.** Luca. Achipert donat ecclesiae S. Georgii Lucensi 'casam unam, ubi vocabulum est Miliano', portionem suam 'de sala ad Cecina' aliasque res, certis conditionibus constitutis. Ex or. arch. archiep. Luc. ed. Barsocchini V, 2, 24 no. 38; Troya 603. **182**
- Mai.** In Beneventano palatio. Gisolfus dux (Beneventanus) 'una cum Petronaci abbati' concedit Gausani abbatisae, Lancritude et Gariperge monialibus S. Mariae in Cingla, quae 'externae peregrinantes' in terram Beneventanam venerant, ut in eodem monasterio remaneant eo ordine, 'ut dum una ex' eis 'advixerit, inibi regimen tenere debeat'. Petri Diac. Reg. Casin. 174; Gattola, Hist. Casin. I, 27; Troya 604. **183**
- Mai.** — Rotfred donat monasterio S. Mariae in fundo Acutiano 'terrulam de casale S. Viti'. 'Temp. d. v. gl. Luponis ducis . . et v. m. Gotfredi gastaldii civ. Reat.' Reg. Farf. 24; Troya 605. **184**
- Mai.** In Sabinis in casa b. Iacinti. Bona donat monasterio S. Mariae in fundo Acutiano eiusque abbati Fulcoaldo omnes res, quas in fundo Fornicate possidet, 'exceptis hominibus cum mobilibus suis. Temp. d. v. gl. Luponis ducis . . et v. m. Golfredi gast. civ. Reat.' Reg. Farf. 32; Galletti, Gabio p. 83; Troya 606. **185**
- Jun.** In civitate Ticino. Lupo dux (Spoletinus) donat monasterio S. Mariae (Farfensi) sub Fulcoaldo abbate constituto 'casalem unum qui dicitur Turris' in territorio Sabinensi situm. 'Quoniam', inquit, 'ex iussione precellentis et a Deo conservati domni nostri Ratchisi regis concessimus in ipso almo monast. gualdum . . Nunc itaque dum